

non et frater ejus Henricus, projectis armis, venit ad eum.

953. Mogoncia civitas ab Ottone rege obsessa est.

954. Per loca Germaniæ Galliæque plurima terræmotus magnus factus est.

Anno Dominicæ incarnationis 954, indictione xii, beatæ memoriæ domnus Frithuricus sanctæ Mogon-

tiacensis ecclesiæ archiepiscopus viii Kal. Novembris obiit. Eodem vero anno ego Willielmus, tantæ successionis indignus, loco ejus cum consensu cleri et populi ejusdem sanctæ sedis, xvi Cal. Januarii, ipsoque die pace inter regem Ottonem et filium ejus Liudolfum facta, in loco Aranstedt, sum electus, et in ix Kal. Januarii Moguntiæ ordinatus.

## ANNALES AUGIENSES BREVISSIMI.

(Apud Pertz, *Monum. Germ. hist.*, III, 187.)

### MONITUM.

Proponimus eos ex codice bibliothecæ Carlsruhanæ olim Augiensi n. 167, fol. 14, 15. ubi in margine cyclorum Dionysii, qui ab a. 532-1063 porriguntur, manu sæculi ix Scotica scripti sunt. Parvum eorum præteritum jam agnovit V. cl. Franciscus Mone, primus eorum editor in *Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit* iv, 16, 17; nam ante a 814 vix una notitia anno suo vero ascripta est. Ut tamen antiquarum hujusmodi notitiarum, quantum fieri potest, nihil in opere nostro desideretur, has pariter ac notitias (68) codicis Augiensi n. 254, fol. 1, a V. cl. Molter, bibliothecæ Carlsruhanæ præfecto, iterum benignissime exscriptas, hoc loco sistimus.

Ab initio mundi usque ad nativitatem Christi B  
anni 5199. Ab Adam usque ad passionem Christi  
anni 5227.

541. Tiberius annis 23.

550. Primus Dionysii circulus a Justino principis  
anno 6, qui regnavit annis 25.

De hoc pariter Victor Capuanus scripsit.

688. Pipinus primus regnare cœpit.

712. Pipinus moritur.

717. Leo imperator factus est.

726. Karolus, filius Pipini, regnum cœpit.

730. Karolus pugnavit contra Saracenos in Pi-  
ctavis.

735. Bedæ dormitatio.

(68) *Sunt hæc*: Incipit numerus annorum. Sunt  
anni ab initio mundi secundum Iheronimum us-  
que ad incarnationem Domini 3957 [*codex habet C*  
III.DCCC.XXXII.LII].

De nativitate Domini usque ad Hlubowici regis  
annum 18 sunt anni 832.

Insimul juncti sunt, faciunt annos 4789.

Sunt anni, ut septuaginta Interpretibus habetur,  
ab origine mundi usque ad Christum 5199.

A nativitate Christi usque ad annum 19 Hlu-

739. Karolus moritur Idibus Octobris.

741. Karolomannus et Pippinus regnum cœperunt.

746. Karolomannus Romam perrexit.

Pippinus rex benedictionem regalem accepit.

750. Leo imperator defecit. Canstantinus filius  
ejus regnare cœpit.

766. Pipinus moritur.

767. Karolus et Karolomannus eriguntur in re-  
gnum.

769. Karolomannus moritur.

771. Karolus in Italiam perrexit.

800. 6000 ab initio mundi.

814. Karolus imperator obiit.

817. Æd rex Hiberniæ moritur.

dowici imperatoris sunt anni 832.

Hos insimul junge, faciunt annos 6031.

A morte Gotofredi duces Alamannorum sunt anni  
323.

A grando et duro hieme (*scilicet anni 764*) nume-  
rantur anni 68 usque 18 annum Hlubowici regis  
[*alia manus ascripsit: Pba i. e. proba*].

De subjugatione Italiæ regionis computantur anni  
58 [*L.:III c., exco V, quod restitui*].

ANNO DOMINI MLI.

## WIPPO

PRESBYTER, CONRADI SALICI ET HENRICI III IMPP. SACELLANUS.

### IN WIPPONEM

#### NOTITIA HISTORICA ET BIBLIOGRAPHICA.

(*Histoire littéraire de la France*, tom. VII, pag. 443.)

Vippon, historien de l'Empereur Conrad le Salique,  
et panégyriste de l'empereur son fils, Henri le Noir,

passé communément pour avoir été Allemand de  
nation (*Oud., Scrip. t. II, p. 644; BARNAGS, etc.*).